omnium et Singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumben[dum] Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo Praemisso ad Soluendum Succubitis ac pro re aliqua principali ex Praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Admodum Rndus in Christo Pater Joannes Chrisostomus Fabricius Capellanus Altaris Sacratissimi Corporis Christi Domini ad Ecclesiam Cathedralem Sancti Joannis Varsaviae Sitae Siue eius Successores ad instantiam Praefatorum Nobilium Petri Pauli Bieniecki et Mariannae Trzebinska Coniugum legitimorum Donatariorum suorum siue illorum posterorum Ad Officium seu Iudicium sibi Competens exhinc recessu Sigillatis quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, Damna Praefata Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni Suae satisfacere ac omne iudicatum pati debebit, et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem Omnia inscribit, et obligat Praesentibus eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causas eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, pro Maiori minorennitate Successorum legatione intra uel extra Regnum Seruitio militari ad Mutationem ad Tuictorem Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem Praeterea ultra primos et proximos Officij Praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones apellationes ac earum prosequutiones faciendo ac Praemissa omnia poenis Simplicibus uel duplicatis euanes faciendo ac Praemissa omnia poenis Simplicibus uel duplicatis euationibus Suspensionibus fatalibus Iuris Proscriptione Terrestri bello Conuentionibus Suspensionibus fatalis Iuris Praescriptione Terrestri bello Conuentionenque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Ita sua Praesenti personali Recognitione ad Praemissa omnia et singula mediante.

Alis Korczynski Pechowicz Turzanskim Coniugibus Donat. 294

Comparens personaliter Coram Officio et Actis Praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Matwiey Korczynski

219/81
olim Nobilis Iwan Korczynski Pechowicz Filius sanus mente et cor
pore existens a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusq suis qui
busuis propriis et competentibus recedendo, praesenti uero Castrensi Capita
neali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum
Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incor
porando atq Subiiciendo, palam libere, publice ac per expressum recogno
uit. Quia ipse Bona sua propria et hereditaria infrascripta Videlicet
certas Sortes totas et integras quae et quantas se Recognoscentem Iure Di
uino, et naturali Successione post mortem olim Parentum suorum legitime
concernunt, et in se sunt deuoluta Item Duo Lasij Kaczalowski dictum et
alterum pod Pobukiem Zawoij per se Recognoscentem a Nobili Paulo
Korczynski Patruo suo Iure et modo perpetuae Donationis acquisitis
in bonis Villae Korczyn Terra, et Districtu praesenti Praemysliensi iacens et
consistens Cum omni praemissorum Iure Dominio, proprietate, et haereditate
titulisq haereditario Cumq omnibus et singulis Bonorum Sortium prae
fatarum Vtilitatibus, fructibus, Prouentibus Redditibus, Commodis
emolumentis obuentionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter Vni
uersis Nihil ex praemissis Bonis Iuris Dominij proprietatis, hereditatis
tis ac cuiusuis Competentiae et Praerogatiuae pro se Recognoscente suisq
Successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, uerum ita
late longe circumferentialiterq prout Sortium memoratarum Bona
se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt et protenduntur
et prout eadem Sortium praefatarum Bona Ipsemet Recognoscens tenuit
habuit et possidebat, ipsumq concernebant, ac eidem legitime ser
uiebant Iam ex nunc et de facto Generosis Alexandro Turzanski et
Christinae Zawadzka Coniugibus legitimis eorumq posteris dedit,
donauit inscripsit et resignauit, prout dat donat ac titulo purae me
rae ac irreuocabilis Donationis inscribit et resignat perpetuo et in
diuum, irreuocabiliterq In quae quidem Bona Sortium memoratarum
praesentibus donata iam ex nunc et de facto idem Recognoscens supra
scriptis

scriptis Donatariis suis et eorum posteris Coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint, Officiose acceptandam. Per ipsos Donatarios suos et eorum successores haec eadem Bona suprascripta sortium praefatarum praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem donata cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus Competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos Usufructus libere et effectualiter convertendi modo ac Iure haereditario. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis peccuniariis habitis et habendis praefatis Donatariis suis inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis Bonis sortium praefatarum praesentibus donatis et ratione eorundem omnium praesentibus resignatis ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum Cuiuscunque Conditionis Status et sexus cuiusvis existentium exorienda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit per omnes Inscriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet Inscriptio tueri defendere, evincere, intercedere et eliberare indemnesque cum posteris reddere, Necnon haec eadem Bona praemissaque omnia praesentibus donata ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa Bona sortium praefatarum donata modo quovis Cuiuscunque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa Omnia praesentibus resignata importatis et importandis Luitis denique et perlucris Processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis modo quocunque perductis et perducendis emundare, et eliberare mundaque et Libera semper facere, ac etiam Intro-

missionem praefatam Coram Officio praesenti admissam in fundo Bonorum praefatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et Usumfructu praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis Submissas et Subordinatas personas non praepedire nec adimere Ipsosque Donatarios suos et eorum Successores in praemissis omnibus praesentibus donatis nullo modo iniuriari ita ut eadem Bona praesentibus donata Cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus iidem Donatarii sui cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis Vigore tenere habere, et possidere queant illisque quiete uti frui possint perpetuo, irrevocabiliterque idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali Iuramento taxandis et edicendis per praefatum Recognoscentem sive illius Successores suprascriptis Generosis Alexandro Turzanski et Christinae Zawadzka Coniugibus legitimis Donatariis suis eorumque posteris ob non complectionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum Succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali Iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succubitus ac re aliqua principali ex praemissis non completa Complenda Citatusque existens memoratus Recognoscens Nobilis Mathiey Kordynski sive ipsius Successores ad instantiam praenominatorum Generosorum Donatariorum suorum sive illorum Successorum * ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense exnunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Damna praefacta Terrestria Luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac etiam omne iudicatum facere debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios.

peremptorios Infirmitate p maiori, Minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea ultra primos et proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalis Juris praescriptione Terrestri bello, Conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo Nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Nles Turzanski, et Korczynskj mutuo Intercisam Roborant.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparentes Nobiles Alexander Turzanski ab Una, et Matwiey Korczynski olim Nobilis Iwan Korczynski Pechowicz Filius parte ab altera sani mentibus, et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quae ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo, et invicem Una Pars alteri ac posteris utriusque Partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus 294